



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Capitvlaria Regvm Francorvm

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae
doctissimorum virorum

Baluze, Etienne

Parisiis, 1677

7. Notitia de terra evindicata.

urn:nbn:de:hbz:466:1-22974

cio, ut ipse ille ipsum ad servitium recipere deberet. quod ita & fecit, & per manu illius Vicarij per iustionem illustre viro illo Comite & per iudicium ad ipsas personas presentaliter recepit. His presentibus. Datum ibi, sub die illo.

Notitia de terra evindicata.

VII. Notitia qualiter vel quibus presentibus veniens venerabilis vir ille Abbas de monasterio illo, die illo, in illo loco, ante illustribus viris magnificis illis & illis Missis Domino & gloriosissimo illo Rege, vel aliis quampluris qui subter firmaverunt, quorum nomina subter tenentur inferta, homine aliquo nomine illo interpellabat, repetebat ei, eò quòd illa terra quam apud homine illo concambiavit, qui est in pago illo, in grafia illa, in loco qui vocatur ille, post se malo ordine retineret injustè. & ipse homo in presente adstabat, & hanc causam nullatenus potuit denegare, nec tradere rationes per quas ipsam terram habere debeat. Sic ipsi homini fuit iudicatum, ut ipsam terram ante ipsos Missos dominicos secundum suam legem ipsi venerabili viro illo Abbati reddere vel revellere deberet. quod ita in presente & fecit. Propterea iubemus ut dum hanc causam sic actam vel perpetratam esse cognovimus, ut ipsa terra ipse Abbas habeat evindicata atque elidiata, sit postmodum ex hac re omnique tempore sublata causatio. Datum ibi sub die illo, anno illo, regnante Domino nostro illo gloriosissimo Rege.

Ingemitas.

VIII. Quoniam sanctissimi Hludovici Imperatoris pietas, quam habet in Deum, ea querere & indagare non cessat quæ Domini potissimum congruant voluntati, quibus quoque religionis honor & devotio magis ac magis de die in dies crescat atque proficiat, & ea quæ ad divinum cultum & officium sanctum pertinent, decoris & honestatis amplius in diebus ejus quam prius habuerint accipiant, & cunctis in futurum temporibus quæ secundum Deum ab eodem inventa procurataque sunt proficiant, & perenni stabilitate à successoribus ejus & fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ inviolabiliter in perpetuum conserventur, memor semper quod dicitur, *Misericordia & veritas custodiunt Regem, & iustitia firmatur thronus ejus*, adeo ut verissimè & propemodum specialiter de eo dictum videatur, *Beata terra cuius Rex sapiens est*; cui etiam illud non

Prov. 20.

Eccles. 10.

Sap. 6.

inconvenienter potest aptari quod Dominus de David perhibuit dicens: *Inveni David secundum cor meum, qui faciat omnes voluntates meas.* Hujusmodi itaque studiis Rex iste sapiens & beatus indefinenter intentus, & Domini semper adhaerens voluntati, cupiens, ut præmissum est, divinum officium modis omnibus honestare, & eos qui Domino Deo sacrificium super altare sanctum offerre debent, & corpus & sanguinem dominicum precum meditatione consecrare, honori habere, & ampliore gratia circumdare, statuit ut Episcopi & Abbates & quicumque ecclesiasticis possessionibus jure prælati sunt, si aliquos ex familia ad presbyteratus ordinem promovere velint, prius eos, permissu ipsius, libertate donent, & sic tandem ad sacerdotij gradum dignissimè subvehant. Igitur ego ille minimus servorum Dei famulus Ecclesiæ Senonica Archiepiscopus tanta serenissimi Hludovici Augusti auctoritate, quæ Senonis in arcibus Ecclesiæ episcopij servatur, fultus per hunc libellum manumissionis te fratrem nostrum, quem servilis conditio hæc tenet addictum tenuit inter hujus Ecclesiæ familiam, quia fratrum testimonio, inter quos enutritus es, dignus ad sacerdotalem honorem suscipiendum prædicaris, censeo te atque statuo ante sacri altaris cornu in conspectu sacerdotum & cleri & populi adstantis à presentis die & deinceps ab omni jugo servitutis humanæ absolutum fore civemque Romanum appellari, ita ut nulli hominum pro servili conditione quicquam debeas servitij nec obsequij neque etiam libertinitatis munus impendere, non mihi, nec successoribus, aut actoribus, quicumque præferint huic Ecclesiæ, non iudicialia præditi potestate, sed soli Deo licentiam & facultatem habeas liberè famulandi, diésque tuos vitamque ipsi dicandi; ut in ipsius Ecclesiæ proficias ad honorem & profectum plebis pretioso sanguine Christi redemptæ, quatenus hanc pro modulo tuo montis instruas, orationibus juves, exemplis informes, corporis & sanguinis dominici consecratione, propter cuius honorem hanc consecutus es dignitatem, reficias, ut sicut ab humana servitute liberatus per hanc manumissionem esse cognosceris, ita per divinam doceas diabolicæ dominationis jugum evadere plebem quæ tibi à proprio Pontifice fuerit commissa. His quoque subnectere placuit, canonicis admoniti constitutionibus, ut si qua dein-

Capitular. an. 816. c. 6.